

Urkunde Aldrichs; Quantin
I, 40 ff.

ditionis addictus sempiternas cogatur luere poenas.

Corpora etiam sanctorum, quae in nostra parochia iamdicta expectant sui beatam immutationem, a pravis et desidiosis custodibus permaxime negliguntur, ita ut officio, luminariis ac debita careant custodia. Idcirco ob amorem Dei, cui viventes in carne servierunt, et emolumentum animae nostrae, per voluntatem et licentiam domini ac piissimi Ludovici ac Caroli regum, quia congruum ad hoc locum invenimus, illo deportanda volumus. Sed quia sacra auctoritas vetat, ne in talibus et similibus ecclesiis Christi per alicuius incuriam scandalum inferatur, (et) multorum episcoporum exposcit consensum, ad vestrae paternitatis notitiam haec omnia perferri volumus, quatenus vestra deinceps censura et locus ipse (*ob loco ipsi zu corrigieren?*), quod favente Deo ordinandum stabilimus, et memoratis sanctorum pignoribus a Dei servis ibidem Deo famulantibus digne et laudabiliter serviatur et pro domini nostri ac totius sanctae Dei ecclesiae statu indefesse vota debita persolvantur. Quod opus. . . .

Urkunde Ludwigs; Quantin
I, 48 f.

ac stabilitate imperii a Deo nobis commissi atque conservandi iugiter Domini misericordiam propensius exorare. Et ut haec nostrae confirmationis auctoritas tam nostris quam et successorum nostrorum temporibus inviolabilem et inconvulsam obtineat firmitatem, de anulo nostro subter eam iussimus adsignari.

Man sieht, die kaiserliche Urkunde erwähnt nicht die namentlich aufgeführten Besitzungen; sie weiss nichts von Bestimmungen über die Wahl des Abtes, von der Ueber-